Ephraem Syrus; Assemani, Giuseppe Simone [Hrsg.]: Sancti Patris Nostri Ephraem Syri Opera Omnia: quae exstant, graece, syriace, latine; in sex tomos distributa; ad MSS. Codices Vaticanos aliosque castigata, multis aucta, Nova interpretatione, Praefationibus, Notis, variantibus Lectionibus illustrata: Nunc primum sub Auspiciis Sanctissimi Patris ... Pontifecis Maximi e Bibliotheca Vaticana (Tomus Primus Graece, Et Latine)

1732 Seite 242



*contulerunt nobis? Transierunt omnia illa tamquam umbra, & tamquam nuncius percurrens: sicut navis, quæ pertransit fluctuantem aquam, cujus, cum præteriit, non est vestigium invenire, neque semitam carinæ illius in fluctibus: aut tamquam avis, quæ transvolat in aëre, cujus nullum invenitur argumentum itineris illius; sed percussione alarum verberans levem aërem, & scindens eum per vim stridoris, commotis alis transvolavit; & post hoc nullum signum invenitur itineris illius: aut tamquam sagitta emissa in locum destinatum, divisus aër continuo in se reclusus est, ut ignoretur transitus illius. Sic & nos nati desiimus esse; & virtutis quidem signum nullum valemus ostendere: sed in malitia nostra consumti sumus. Quoniam spes impii, tamquam pulvis est, qui a vento tollitur: & tamquam pruina tenuis, quæ a procella dispergitur: & tamquam fumus, qui a vento diffusus est: & tamquam memoria hospitis unius diei prætereuntis. Justi autem in perpetuum vivent, & in Domino est merces eorum, & cura illorum apud Altissimum. Ideo accipient regnum decoris, & diadema pulchritudinis de manu Domini: quoniam dextera sua teget eos, & brachio suo defendet illos.* Ne ergo quemquam oderis in corde tuo: neque malum reddideris pro malo: sed caritatem tibi ipsi compara, quam supra omnem aliam virtutem divina extollit Scriptura: ipsi enim rerum omnium procreatori comparavit eam, cum ait: *Deus caritas est.* (*1. Joan. 4.*)

Frater quidam e cœnobio senem accessit, atque consuluit. At ille ad eum: similia, inquit, sunt cœnobia ludis literariis. Nam alii in prætorio incedunt: alii sub caminis. Quo quidem sermone adjutus frater, sibi pœnitentiam imposuit. Unde ipsa utamur re, tamquam lucro: ne reprobi facti, e cœlesti ejiciamur regno, & in caminum ignis immittamur. Quando provectos in habitu conspexeris negligentes; tunc magno præsidio indiges, ne istos forte imitans, eandem inambules viam: neve per continentiam tuam contra eos extollaris: quod quidem est superbiæ peccatum. Sed audi eum, qui dicit: Attende tibi ipsi, & custodi animam tuam valde. Neque enim ex operibus alienis nos justificabimur: neque alii ex nostris operibus condemnabuntur. Nam quando nudi & aperti atque retecti coram Judice adducemur, reddituri de cunctis, quæ fecimus, rationem, non alius condemnabitur pro

A λαζονείας συμβέβληται ἡμῖν; παρῆλθεν ἐκεῖνα πάντα ὡς σκιὰ, καὶ ὡς ἀγγελία παρατρέχουσα· ὡς ναῦς διερχομένη κυμαινόμενον ὕδωρ, ἧς διαβάσης οὐκ ἔστιν ἴχνος εὑρεῖν, οὐδὲ ἀτραπὸν τρόπιος αὐτῆς ἐν κύμασιν. ἢ ὡς ὀρνέου διϊπτάντος ἀέρα, οὐθὲν εὑρίσκεται τεκμήριον πορείας, πληγῇ δὲ ταρσῶν μαστιζόμενον πνεῦμα κοῦφον, καὶ σχιζόμενον βίᾳ ῥοίζου, κινουμένων πτερῶν διωδεύθη, B καὶ μετὰ τοῦτο οὐχ εὑρέθη σημεῖον ἐπιβάσεως αὐτοῦ. ἢ ὡς βέλους βληθέντος ἐπὶ σκοπὸν, τμηθεὶς ὁ ἀὴρ εὐθέως εἰς ἑαυτὸν ἀνελύθη, ὡς ἀγνοῆσαι τὴν δίοδον αὐτοῦ· οὕτως καὶ ἡμεῖς γεννηθέντες ἐξελίπομεν, καὶ ἀρετῆς μὲν σημεῖον οὐδὲν ἔχομεν δεῖξαι, ἐν δὲ τῇ κακίᾳ ἡμῶν κατεδαπανήθημεν. ὅτι ἐλπὶς ἀσεβοῦς, ὡς φερόμενος χοῦς ὑπὸ ἀνέμου· καὶ ὡς πάχνη ὑπὸ λαίλαπος διωχθεῖσα λεπτὴ, καὶ ὡς καπνὸς ὑπὸ ἀνέμου διεχύθη, καὶ ὡς μνεία κατα- C λύτου μονοημέρου παρώδευσε. δίκαιοι δὲ εἰς τὸν αἰῶνα ζῶσι, καὶ ἐν Κυρίῳ ὁ μισθὸς αὐτῶν, καὶ ἡ φροντὶς αὐτῶν παρὰ ὑψίστῳ. διὰ τοῦτο λήψονται τὸ βασίλειον τῆς εὐπρεπείας καὶ τὸ διάδημα τοῦ κάλλους ἐκ χειρὸς Κυρίου, ὅτι τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ σκεπάσει αὐτοὺς, καὶ τῷ βραχίονι ὑπερασπιεῖ αὐτῶν. Μὴ οὖν μισήσῃς τινὰ ἐν τῇ καρδίᾳ σου, μηδὲ ἀπόδος τὸ κακὸν ἀντὶ κακοῦ· ἀλλὰ κτῆσαι τὴν D ἀγάπην σεαυτῷ, ἣν ἡ θεία Γραφὴ ὕψωσε παρὰ πᾶσαν ἀρετήν· αὐτῷ γὰρ τῷ κτίσαντι τὰ πάντα παρείκασεν αὐτὴν, εἰποῦσα· ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστίν.

Ἀδελφὸς ἀπὸ κοινοβίου παρέβαλε γέροντι· ὁ δὲ γέρων πρὸς αὐτὸν εἶπεν· ἐοίκασι τὰ κοινόβια διδασκαλείοις· οἱ μὲν γὰρ ἐν τῷ πραιτωρίῳ ἐπέρχονται, οἱ δὲ ἐν τοῖς καμινίοις. καὶ ὠφεληθεὶς ὁ E ἀδελφὸς ἐπὶ τῷ λόγῳ, ἔβαλε γὰρ αὐτῷ μετάνοιαν. τοιγαροῦν χρησώμεθα τῷ πράγματι ἑαυτῶν ὡς ἔργῳ, ἵνα μὴ ἀδόκιμοι γενόμενοι, ἐκβληθῶμεν τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, καὶ εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρὸς παραπεμφθῶμεν. Ὅταν τοὺς προβεβηκότας ἐν τῷ σχήματι θεάσῃ ἀμελοῦντας, τότε πολλῆς δέῃ ἀσφαλείας, μήποτε τούτους ζηλώσας, τὴν αὐτὴν ὁδὸν πορεύσῃ· μήποτε καὶ ἐγκρατὴς γενόμενος F κατ᾽ αὐτῶν ἐπαρθήσῃ, ὅπερ ἐστὶν ἥττημα ὑψηλοφροσύνης. Ἀλλ᾽ ἄκουε τοῦ λέγοντος· Πρόσεχε σεαυτῷ καὶ φύλαξον τὴν ψυχήν σου σφόδρα, οὐδὲ γὰρ ἡμεῖς ἐξ ἔργων ἑτέρων δικαιούμεθα, οὐδὲ ἕτεροι ἐκ τῶν ἡμετέρων ἔργων κατακριθήσονται. Ὅταν γὰρ εἰσαχθῶμεν ἐνώπιον τοῦ Κριτοῦ, γυμνοὶ καὶ τετραχηλισμένοι, ἀποδοῦναι λόγον ὑπὲρ ὧν εἰργασάμεθα, οὐ κατακριθήσεται ἕτερος περὶ ἑτέ-

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/ephraem1732-1/0490
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg